



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

8. De Sacrilegio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Secl. I. De Precept. 6. & 9. Recep. Sent. 307.

57
De Bestialitate.

Quarta species est Bestialitas grauissimum quidem peccatum: estque congressus in quo non seruatur identitas speciei: v. gr. si homo coeat cum bestia, siue eiusdem sexus sit, siue non. Neque opus est explicare in confessione, qualis, seu cuius speciei fuerit. Quia est differentia tantum materialis, & in genere entis: non autem formalis, & in genere moris. Sic, me etiam citato, Busembaum l. 3. tit. 4. c. 2. dub. 3. Filliuc. tr. 3. o. n. 131.

58
De Luxuria cum demone incubo, vel succubo.

Huc reuocatur peccatum cum demone succubo, vel incubo. Cui quidem superadditur malitia contra Religionem, & praeterea etiam sodomia, adulterij, vel incestus, si affectu viri vel mulieris, sodomitico, adulterino, vel incestuoso, cum demone quis coeat. Bonac. de matr. q. 4. p. 1. Filliuc. tr. 3. o. n. 162.



CAPVT VIII.

De Sacrilegio.

59
Quid sacrilegium in materia Luxuriae quod fiat.

SACRILEGIUM peccatum est Luxuria, quo persona Deo dicata, vel locus sacer, vel alia res sacra per ueneremur a tum fodatur. Potest fieri quinque modis. Primò, si persona sacra in turpe opus extremum, vel etiam in delectationem internam consentiat. Quia violat suam sanctitatem personam, quae in eo sita est, quod Deo per castitatis votum sit consecrata. Secundò, si persona non sacra in turpe opus circa personam sacram consentiat. Tertiò, si utraque sit sacraturae autem duplex est sacrilegium. Quartò, cum sit actus ueneris circa aliam rem sacram, vel eius interuentu: ut olim quidam haeretici gesserunt sperma calice, horribili profusus Sacrilegio, excipientes. Quinto, si ueneris actus fiat in loco sacro illicitè, vel licitè, ut in conjugatis, sed absque necessitate. D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 10. Azor. p. 3. c. 27. q. 8. Lessi. l. 4. c. 3. dub. 12. n. 34. Filliuc. tr. 3. o. n. 121.

60
Quid nomine loci sacri habetur in materia intelligatur.

Nomine loci sacri hac in materia intelligitur Ecclesia consecrata, vel benedicta, coemeteria, & Oratoria auctoritate Episcopi constituta, & ad diuinum cultum deputata. Secus dixerim de oratorijs priuatis non constitutis Episcopi auctoritate, Monasterijs, dormitorijs, Religiosorum cubiculis. Quia quamuis sint sacra loca, ita ut gaudeant Ecclesiae immunitate: non tamen ita sunt Sacra, ut copula, vel pollutio in illis habita specialem praeseferat malitiam. Illud autem spatium Ecclesiae dicitur locus sacer, quod ad interius eius corpus spectat à tecto interiori usque ad pavementum. Vnde nec Sacrilegium esset, nec locus Sacer violaretur, si copula supra tectum, vel extra parietes Ecclesiae, vel in loco aliquo subterraneo haberetur, modò non sit sepultura, vel in turri, quod vulgò campanile dicitur, vel in Sacrificia, aut cameris Ecclesiae adhaerentibus; vel in porta, Templi extrinsecus, id est extra lineam, quam valuae attingunt, modò limen ad coemeterium non spectet, vel in Ecclesia diruta. Nauarr. sum. c. 16. n. 32. Sa. o. Ecclesia. Sanch. l. 4. de matr. d. 15. n. 24. Graf. p. 1. l. 2. c. 48. Reginal. l. 2. g. n. 182.

Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 5. Filliuc. tr. 3. o. n. 135. Sylui. 2. 2. q. 154. a. 10. Fagund. de prac. Eccl. l. 4. num. 32.

Ex suo genere Sacrilegium peccatum est lethale. Quia per illud fieri solet grauis Numini celesti iniuria, aut rebus sacris. Vnde mortale est Sacrilegium, quando ex contemptu rei sacrae vel cultus ad quem refertur procedit: ut cum haeretici uasa sacra, Sacramenta, altaria, Tempia, imagines Sanctorum, reliquias, & similia violant: cum Sacerdotes, Religiosos, vel alios viros Ecclesiasticos, qui tales sunt, male tractant, contumelijs afficiunt. Item mortale sacrilegium est, quando fit aliquid in materia grani, quod peculiarem repugnantiam habet cum sanctitate: ut si habens votum castitatis, fornicetur: si actus maritimonij fiat in loco sacro extra casum necessitatis. Necnon quando ex ignorantia vel negligentia crassa fit aliqua rei sacrae grauis iniuria: v. gr. si quis male baptizet, consecret, absoluat: si in irregularitate, vel censura ordinetur, vel ordinetur: si in peccato mortali vel excommunicatione Sacramenta conficiat, aut recipiat: & alia huiusmodi. Ratione autem inaduerentiae, vel paruitatis materiae, sacrilegium potest esse veniale, ut si quis leuiter percutiat Clericum, vel rem parua in Ecclesia furetur. Notandum verò, quando sacrilegium est mortale, poenitentem non satis facere dicendo, se toties Sacrilegium commisisse: sed teneri materiam, circa quam Sacrilegium gessit, manifestare. Quia non omnia Sacrilegia sunt eiusdem speciei; aliter enim Sacramenta sunt sacra, quam calices, aut vestes. Equidem Sacrilegium potest cum alijs Luxuriae peccatis colligari: potest enim Incestus esse Sacrilegium, si in loco sacro fiat, vel cum persona voto castitatis illigato. Bonac. ro. 2. d. 3. q. 6. p. 1. vni. Nauarr. sum. c. 16. n. 1. Sanch. l. 4. de matr. d. 15. Lessi. l. 2. c. 45. dub. 4. Reginal. l. 19. n. 58.

Porro per libidinosum desiderium, vel turpem contactum absque pollutione, non committitur sacrilegium ex loci sacri Religione, nisi quando desiderium tenderet ad copulam in loco sacro gerendam, quod raro continget: vel contactus turpis esset et pollutionis periculo. Quando verò absolute desideratur femina in Templo, nec distinguatur, an copula desideretur gerenda in Templo, vel extra, non est Sacrilegium. Quia desiderium illud iudicandum est secundum communem, & ordinatum concupiscentiae modum, qui quidem est, ut extra Templum fiat: secus si habuit intentionem habendi copulam in Ecclesia; haec enim intentio est eiusdem rationis cum actu externo, qui imbibit specialem Sacrilegij malitiam in confessione exprimentam, cum sit sufficiens ad pollundam Ecclesiam, si actui addiceretur. Ratio autem, cur per contactum turpem absque pollutione non patratu Sacrilegium, est, quia Ecclesiae violatio non est de iure naturae, nisi si de iure naturae esset quocumque lethali crimine violaretur: sed de iure positio. Ergo solum violabitur in casibus à iure expressis: verum in iure solum exprimitur sanguinis, ac seminis effusio: Igitur Ecclesia iis solum, & non alijs actionibus, violatur. Atqui tactus impudicus, nisi sequatur pollutio, non est effusio seminis: Ergo Ecclesiam non violat. Nauarr. sum. c. 16. n. 1. Fagund. de prac. 2. l. 4. c. 4. n. 31. Sylui. 2. 2. q. 154. a. 10. Diana p. 2. c. 4.

61
Sacrilegium hoc ex suo genere est lethale.

62
Per libidinosum desiderium non fit Sacrilegium ex loci sacri Religione.

tract. 3. resol. 2. 3. Copinch. de poenit. d. 7. dub. 4. num. 2. 1. Valent. 2. 2. d. 6. qu. 15. p. 1. Filliuc. tract. 30. num. 1. 3. Sanch. lib. 9. de matrim. d. 15. num. 10. & 11.



CAPVT IX.

De osculis, amplexibus, tactibus, verbis obscenis.

63
Distinguenda
est intentio
& venerea
delectatio.

MT dignoscas, an, & quanta peccata sint præfata actiones, distinguenda est in primis intentio, & venerea delectatio, & effectus venereorum ab intentione, & delectatione sensitiua, & sensitiuorum aliorum, quæ quidem delectatio consistit in quadam proportionem, & confortitate rei tactæ cum organo tactus. Deinde sciendum, intentionem, ac sensum venereorum esse mortalem, & à Regno celorum excludere iuxta Paulum Gal. 5.

64
Oscula, amplexus, &c. mortalia sunt si fiant ex actus luxuriosi intentione, vel ob delectationem veneream.

Vnde oscula, amplexus, aspectus tactus, & similia si extra matrimonium fiant, ex actus luxuriosi intentione, vel ob delectationem veneream, etiam si non perfectam illam, quæ est in coniunctione, sunt semper peccata mortalia. Quia eo animo, extra matrimonium, sunt impudica, & natura sua talis delectatio tendit ad perfectam. Sanch. lib. 9. de matrim. d. 46. Filliuc. tract. 30. num. 174. Lessi. lib. 4. cap. 3. dub. 8.

65
Sunt eiusdem naturæ cum consummatione, vnde in confessione species distinguenda.

Huiusmodi actus sunt eiusdem naturæ cum perfectis seu consummatis: deinde in confessione explicandum, vtrum sint habiti cum simili sexu, an cum diuerso: cum libera, an coniugata, cognata, persona sacra, &c. Lessi. lib. 4. cap. 3. dub. 15. Sanch. sum. lib. 1. cap. 2.

66
Sunt officij, vel moris patrij, amoris honesti, vel benevolentie augenda causa, etiam si delectatio venerea suboriatur, modo in eas quis non consentiat: non sunt peccata. Filliuc. tract. 30. num. 179. Lessi. lib. 4. cap. 3. dub. 15.

Oscula, amplexus, compressiones manuum, & similia non obscena, si fiant tantum officij, aut moris patrij, amoris honesti, vel benevolentie augenda causa, etiam si delectatio venerea suboriatur, modo in eas quis non consentiat: non sunt peccata. Filliuc. tract. 30. num. 179. Lessi. lib. 4. cap. 3. dub. 15.

67
Si fiant ex veniali vanitate, ioco, &c. venialiter culpam non excusant.

At si ista fiant ex aliqua veniali vanitate, ioco, curiositate, leuitate, petulantia, imò etiam sensu alitate, siue sensuali affectu (dummodo non cum delectatione venerea, nec eius causa, etsi præter intentionem oriatur, ea repulsa, ac tunc abstinendo) venialem culpam non excusant. Filliuc. tract. 30. num. 174. Sanch. lib. 1. sum. cap. 2. Diana part. 4. tract. 4. resol. 136. Ego autem existimo, valde periculosas esse huiusmodi actiones, difficilisque posse de earum malitia graui, aut leui ferri iudicium.

68
Quando nam tactus, seu aspectus inhonestarum proprii corporis partium, veniale tantum sit?

Veniaalia peccata sunt tactus, & aspectus inhonestarum corporis proprii partium, aut commixtionis animalium non cum animo venereo, sed ex curiositate tantum, aut leuitate, secluso tamen scandalo, & venerei consensus periculo. Imò si huiusmodi tactus, aut aspectus proprii corporis naturali aliquo, ac non malo fine fiat, nec veniale quidem erit: verbi gratia, si fricatione extinguere velis pruritum non venereum: dummodo tamen absit pollutionis periculum, aut in eam consensus si improviso

præter intentionem forte obueniret. Lessi. l. 4. cap. 3. num. 63. Filliuc. tract. 30. num. 215. Sanch. lib. 9. de matrim. d. 41.

Tactus nudi, & aspectus partium inhonestarum alterius corporis, maxime diuersi sexus, aut concubitus humani ex curiositate (nam de necessitate aliud iudicium ferendum) etiam secluso affectu venereo, existimo à mortali secludi non posse ob grauem indecentiam, ac periculum actus venerei proximum: nisi tamen aspectus ex tam remoto loco fiat, & ita obiter, ut hæc absint. Sanch. lib. 1. sum. cap. 2. num. 23. & 19. Filliuc. tract. 30. num. 218.

Aspectus verò, & subinde etiam (rarius tamen propter periculum adiunctum) tactus ex petulantia, vel curiositate partium inhonestarum alterius corporis eiusdem sexus citrà affectum, & periculum venerei consensus, excusari potest à mortali: ut verbi gratia, quam simul aliqui notant, aut lauant. Layman. lib. 3. sect. 4. Sanch. lib. 5. sum. cap. 6. num. 2. 1. 3. 47. 28. Trull. lib. 6. Decalog. capite 1. dub. 12. num. 15.

Turpia verba, obscenorum lectio, comædiarum turpium spectatio, inhonestæ cantiones, gestus literæ ac dona amatoria, si tantum fiant ex curiositate, vel vano solatio: mortalia non sunt; secus tamen si gerantur animo inhonesto, aut venereo, vel cum ruinæ spiritualis propriæ vel alienæ periculo. Sanch. lib. 9. de matrim. d. 46. n. 3. Filliuc. tract. 30. cap. 10. q. 1.

Choreæ nisi malo fine gerantur, aut cum periculo alios, aut seipsum incitandi ad libidinem, vel cum alta iniqua circumstantia secuturum se non sunt illicitæ, nec libidinis actus, sed lætitiæ. Quando autem sancti Patres eas interdum valde reprehendunt, de turpium, & de earum abusu loquuntur. Caiet. v. Choreæ. Filliuc. tract. 30. n. 23.

Scribentes & proferentes comædias turpes seu libros, aut picturas ad libidinem incitantes mortaliter delinquant. Quia proximi sunt ruina, cum moraliter cerum sit, multos inde ad peccatum excitandos. Similiter Magistatus, qui permittunt turpes comædias recitari mortaliter delinquant. Possent tamen aliquando excusari crediderim, si ad maius malum impediendum non pariant, & solummodo tolerent. Sed dubito an maius adsit incommodum quod tanto valeat animorum mortali excusare. Filliuc. tract. 30. num. 211. Diana p. 5. ar. 13. resol. 82.

Cum persona soluta permittit se ab alia tangi, eo quidem tactu, qui vulgo censetur pudicus, ut prehensio, contractio manuum, amplexus, & oscula iuxta morem patriæ: non peccat, nisi ei constet prauo fieri affectu: cui minime cooperari licet. Scio docere Filliucium, etiam sic admitti posse, ne tangens infametur. Porro admittens tactus impudicos (ut obscenarum partium, & mamillarum) vel oscula furtiua, ac morosa, vel indecentia, peccat lethaliter. Quia prauus præsumitur affectus. Filliuc. tract. 30. num. 196. & alij.

Coniugibus tactus, oscula, aspectus, amplexus licent, si ad copulam coniugalem referantur. Quia ad hanc licitum est eis se excitare. Alio autem fine, verbi gratia, voluptatis causa si fiant, venialia sunt piacula solum. Quia matrimonium huiusmodi coonestat actiones: ac

ELSCOBAT
Theol. Mor.
Tom. III. IV
E. IV